pone, quòd contrarium, fol. mihi 1362. Marſ. in pract. crim. in §. ſupereſt, num. 160 & magis latè per Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 13. to. 2. & Viui. in deciſ. 120. Io. à Selua de iure iur. q. vlt. vbi tradit vndecim periurij pœnas.

9 Item † adde, quòd in Regno Neapol. pœna periurij eſt pęna manus per conſtitut. eoſque quod intellige, vt per Fab. de Montele. in praxi arbitr. p 4. num. 23. fol. 344. Baiar.

c Pœnas d. l. ſi quis maior.] Hic nota, quòd conſilium Mediolani nõ ſolet obſeruare pęnas dictæ legis, teſte Neuiz. in ſua Sylu. nupt. lib 5. ad char. 554. in donatario: quòd ſeruentur, habetur per Crau. conſ. 151. col. 2. Item an in alijs cõtractibus quàm tranſactionis, vide Rol. qui ponit rationem, cõl. 57. vbi de communi, lib. 1. vbi habere dicit locum in omni contractu iurato. Sed intellige de ſponte facto ex neceſſitate per iudicis decretum, ita Bart. in l. prædita, num. 8. de actio empt. & communis, de qua ſupra teſtatur etiam Soc. conſ. 26. nu. 4. lib 3. Giach.

d §. Iuramentum.] Adde quæ habentur in collect. mea cõmu. opi. §. periurus, & l. lex. Giac.

e Prȩterea periurus.) Intellige in materia, in qua iurauerat non agere, per Felin in c. dilecti filij, nu. 2. de exceptio. vbi Dec. in 3. not. dicit, quod communis concluſio eſt, quod periurus nõ repellitur ab agendo, niſi in cauſa, in qua fuit periurus, & tunc intellige parte opponẽte, per Crauett. conſ 299. col. fin. verſ. tertio reſpond. Quæ exceptio eſt litis finitæ excepto, quod not. quia multi hoc ignorãt, vt ait Apoſtill. ad Felynum, in d. capit. dilecti. Giach.

f Repellitur etiam.) Teſtificando Farin. quæſtione quinquageſima ſexta, articulo quinto, numero centeſimo octuageſimo ſexto, volumine ſecundo Roſ.

Repellitur etiam.] Adde, ut per Rolan. in conſ. 6 nu 9. volum. 2. etiam in crimine læſæ maieſtatis. Crauet. conſil. 6. numero 58. & tempus iuramenti inſpicitur ad cognoſcendum, an quis ſit periurus, uel ne, latè Roland. dict. conſilio 6. numero 42. Giach.

10 Repellitur etiam periurus à teſtificando.] Adde, † quòd periurus non probat, etiam quod deponeret cum tortura, Ruin. conſ. 149. num 4. vol. 4. & Crauet. conſil. 234. num. 1. & Viu. commun. opin in verb teſtis, non poteſt eſſe periurus, num. 3. niſi in negocio hæreſis, in quo teſtis periurus admittitur, vt
* ibi, num. 8. * admittitur, etiam in crimine læſæ maieſtatis,

5 *Incidit etiam periurus in pœnas [c] d. l. ſi quis maior, C. de tranſact. Sed quæ illæ pœnæ potius reſpiciunt cauſas ciuiles, quam criminales, ideò materiam illius legis hic tractare viſum non fuit, dixi late infra libro 7. [d] §. Iuramentum.*

Prȩterea [e] periurus repellitur ab agendo, vt dixi in d. §. Iuramentum.

Repellitur [f] etiam periurus
7 *a teſtificando, ſecundum Gl. in cap. per tuas, in verbo, Adulterij, de ſimo. quam dicit eſſe communiter approbatam Gigas de crimin. læſæ Maieſt. fol. 104. quæſt. 11. num. 1. Et dicis Alber. in d. l. Lucius, num. 3. ff. de infam. quòd ita tenent communiter Doct. Hoc tamen intellige, vt procedat in eo, qui eſt periurus ſuper iuramento licito. Ceterum ſi iuramentum præſtitium fuiſſet temerarium, & illicitum, certe tranſgreſſor huiuſmodi iuramenti temerarij non repellitur a teſtificando. Et ita communiter tenetur per Doct. vt dicit Hoſt. quem refert Abb. in cap. teſtimonium, poſt nu. 7. de teſtibus.*

8 *Item periuro nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Et eſt cnmmunis opin. vt atteſtatur Soc. conſ. 136. poſt nu. 9. verſic. Quarto, & vltimò, lib. 1. quod eſt duplicatum in conſ. 155. lib. 2.*

Excuſari [h] autem poteſt
9 *periurus a pœna periurij, in primis ſi oſtendat periurium fuiſſe ſine dolo commiſſum: nam eo caſu non punitur, vera enim eſt iuris canclusio, quòd periurium non committitur ſine dolo, ita allegatur tenere Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, colum. 3. ff. de offic. proconſ. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Cagnol. in d. l. ſi quis maior, numero 185. & ſequen. Hanc etiam dicit eſſe communem opinio. Iaſ. in l. videamus, in princ. num. 7. de in litem iurando, Claud. in d. l. ſi quis maior, num. 41. Gomeſ. Arias ſuper l. 61. Tauri, nu. 19.*

10 *Item excuſatur quis a periurio propter difficultatem, vt dicit Gloſſ. in cap. breui, in Gloſſ. 1. de iureiuran. quam dicit eſſe communiter approbatam Gomeſ. Arias, ſuper l. 65. Tauri, num. 30.*

11 *Poteſt etiam excuſari, ſi demonſtret, quòd tale periurium nulli præiudicauit, neque poterat præiudicare: nam eo caſu, etiam ſi quis deliberate periurauerit, non poteſt de periurio puniri in foro contentioſo, ſed tantum in foro animę ſolum Deum habet vltorem, ita dicit Gloſ. in c. quicunque, in Gloſ. fin. 6. q. 1. & eſt communis opi. vt atteſtatur Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, il 2. poſt num. 1. ff. de iureiur. Ioan. de Amicis, conſ. 19. in fi. Bero. q. 134. nu. 9.*

Scias etiam alios eſſe ca-
12 *ſus, in quibus periurium non poteſt iudicialiter puniri, ſed*

vt per Gigan. in quæſt. 11. numero octauo: & in hoc Dominus Clarus errauit, qui dictam quæſtionem in contrarium adduxit, & totam non vidit, & periurus non poſſet dici ille, qui ſine dolo, & ex inaduertentia peieraret, ſeu quia ad tem-
* pus ſtatutum ſoluere non potuerit, quod iurauit, * periurus non dicitur, qui iuramentum non ſeruat ex cauſa à iure permiſſa, & qualiter debeat formare libellus, quando criminaliter agitur contra periurum, vt extraordinariè puniatur, & quæ cauſa excuſat à periurio Maſuer. latè ad Pract. Papienſ. in forma libelli, vt pact. ſequent. in verſiculo tranſactiones, numero decimo tertio, in addition. periurus, & Viuius in dict. verbo, teſtis non poteſt, dicit, quòd periurus, nec poſt emendationem, ſiue abſolutionem à periurio in teſtem admittitur, & quod nũquam poteſt admitti, niſi id caueatur, & quod Summus Pontifex poſſet habilitare illum ad teſtificandum: ſed ad prædicta omnia, vide Maſcardum de probationibus, concl. 1168. volumine tertio, vbi latiſſimè habetur, in quib. caſibus teſtis periurus repellatur.

11 Item adde, † quod, quando periurium eſt temerarium, ut puta, de non reuelando partum ſuppoſitum, tranſgreſſor non repellitur à teſtificando, etiam abſolutione nõ præcedente, Ruin. conſ. 58. num 20. vol. 5. Baiard.

g Hoc tamen intellige.] Farin. ſupra nu. 198. & ſequẽt. vbi multis modis limit.

h Excuſari autem poteſt periurus.] Adde,
13 quod iurans falſum, credens iurare verum, excuſatur, vt eſt cõmunis opinio, de qua Mandoſ. in Apoſtill. ad Roman. conſil. 391.

14 Item adde † quod teſtis poteſt in ſecundo examine teſtificari id, de quo in priore nihil ſcire aſſeruit, tanquàm melius etiam recordatus: & quòd ideò non commiſit periurium, ſecũdum Vulpellum in conſilio ſeptuageſimoprimo. De quo dicto valdè dubito, niſi optimam diceret rationem, cur melius recordaretur.

15 Item adde, † quòd quælibet iuſta cauſa excuſat à pœna periurij; & eſt magis communis opinio, ut teſtatur Berous conſilio octuageſimo octauo, numero tertio, volumine primo.

i Scias etiam alios eſſe caſus.) Adde videndum Decian. in tractatu crimin. libro ſexto, capitulo vndecimo, tomo ſecundo, vbi habentur plures caſus, in quibus periurus excuſatur. Baiard.

Periu-

k Periurium rei.) De periurio rei Rodolfin. ſua concluſ. 5. Roſ.

17 l Item quando defertur in iudicio.) Adde † contrarium eſſe uerius, quòd imò periurus ad cauſæ deciſionem debet puniri ad commodum Fiſci pęna arbitraria, ut plenè probauit Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 127. C. de tranſact. & magis diffusè Menoc. de arbitr. caſu 319. nu. 9. & ſeq.

18 Item † adde, quod ſi reus examinatus fuerit, uti teſtis, & negauerit, non poterit puniri pęna periurij (& ſimiliter Teſtis habens intereſſe) nec alia pęna, ut per Bertazzolum in conſil. 124. & ibi Addentes uolum. 1.

19 Item adde, † quod ſcientes iurans falſum, alteri nociuum, & poſteà confeſſione propria de periurio conuicto, pęna extraordinaria punitur, ut per Boer. in fin. deciſ. allegatæ, & per Crauett. in conſ. 73. num. 37. iuncto, nu. 6. uerſ. poſtremo, qui loquitur, quando ex actis conſtat, & ita tradunt Addentes ad Bertaz. in conſ. 300. uerſ. Excipio tamen.

Item adde, quod etiam iuramentum calumniæ puniri poteſt, ſi per ipſius iurantis confeſſionem, aut per euidentem probationem conſtaret iurantem, uel in iuratione ipſa, uel aduerſus eam calumnia uſum fuiſſe capitulo ultimo de iureiuran. numero ſexto, & Couarru. in prima part. relect. §. 7. num. 7.

* * Item adde, quòd periurus reſpondendo poſitionibus, & articulis extra ordinem punitur, Carau. in ritu 79. num. ſeptimo, & octauo; & Rimin. conſil 591. uolu. 3. ubi ampliat procedere etiam ſi reſpondeat per uerbum credit, uel non credit. Baiard.

m Verſ. quid dicendum.) Niſi ſtatuto, uel conſuetudine contrarium caueatur, ut ibi Menoch. caſ. 319. in fin. Vulpell. conſ. 161. uide Menoch. Roſ.

ſolum Deum habet vltorem, prout eſt periurium rei accuſati, vel inquiſiti in eius examine, quando interrogatur ſuper crimine, vt dixi infra hoc eodem libro §. fin. quæſtio. 45. verſic. quid ergo. [l] Item quando defertur in iudicio iuramentum a par-
13 *te parti, non poteſt pars iurans, de periurio iudicialiter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem. Et eſt communis opinio, vt dicit Boer. deciſ. 305. poſt nu. 4. [m] verſ. quid dicendum.*

---

§. RAPTVM.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Raptus quando committatur.*
2 *Raptus pœna quæ ſit.*
3 *Et an pœna raptus locum habeat, etiamſi mulier ipſa conſenſerit ſe rapi.*
4 *Et quid ſi raptor illam carnaliter non cognouerit.*
5 *Et an locum habeat in rapiente publicam meretricem.*
6 *Et an in muliere rapientem virum.*
7 *Et an raptor poſſit cum rapta matrimonium contrahere.*
8 *Et an eo caſu euitet pœnas raptoribus impoſitas.*
9 *Et an raptor, ſi ad eccleſiã confugiat, gaudeat eius immunitate.*

Ex Additionibus.

1 *Raptus non præſumitur ex libidine in muliere inepta ad Venerem.*
2 *Raptus cum quibus mulieribus committatur.*
3 *Raptores quomodo puniantur in Regno Neap. remiſſiuè.*
Statutũ, vel lex contra rapientes mulieres, aut eis vim inferentes, etiam copula non ſecuta, nõ comprehendit rapiẽtes, vel vim inferentes ex alia cauſa, quam libidinis, nu. eod.
4 *Raptus quomodo committatur, & probetur, remiſſiuè.*
5 *Raptus pęna an habeat locum in ſponſo rapiente ſponſa.*
6 *Et quid de iure canonico.*
7 *Raptus confeſſio, an proſit raptori, remiſſ.*
8 *Raptoris pęna de iure canonico an habeat locũ in ſocijs, & auxiliantibus, remiſſiuè.*
9 *Raptus pœna, remiſſiue.*
Raptor quibus de cauſis excuſetur, remiſſiue, nu. eod.
10 *Raptoris pœna punitur mulier falso accuſans de raptu.*
11 *Raptores quibus pęnis plectuntur in Ciuitate Neap.*
12 *Et quid in muliere conſentiente raptui.*
13 *Rapiens maritus vxorem an teneatur de vi.*
14 *Raptus an poſſit committi ſine violentia.*
15 *Et mulieri dicenti ſe non fuiſſe violentatam, cum iuramento creditur.*
16 *Raptor non punitur pęna raptus, ſi conſtet de ſpontanea mulieris voluntate.*
17 *Et qua dicatur voluntas libera, & quomodo probetur remiſ.*
18 *Raptor nõ tenetur pęna l. vnica, C. de rapt. virg. ſi mulier ſui iuris conſenſerit ſe rapi.*
19 *Et quomodo probetur voluntas.*
20 *Et erit locus pœnæ raptus, ſi mulier blanditijs, & pollicitis fuerit ſeducta.*
21 *Statutum contra cognoſcẽtem carnaliter mulierem inuitam an conprehendat eum, qui puellam auro induxerit ad ſibi conſentiendum.*
22 *Raptor an teneatur pœna raptus, ſi raptam carnaliter non cognouit.*
32 *Statutum contra raptorem etiam copula nõ ſecuta, quomodo ſit intelligendum.*
24 *Raptor punitur pœna extraordinaria iudicis arbitrio.*
25 *Rapiens meretricem an ſit puniendus.*
26 *Et quid in Regno Neap.*
27 *Et qua dicatur publica meretrix, & quomodo probetur, remiſſiuè.*
28 *Raptor mulieris ſoluta ab ipſo, vel alio carnaliter cognitæ an teneatur pęna ſtatuti de rapiente mulierem honeſtam.*
29 *Raptus non committitur in muliere corrupta honeſte uiuẽte.*
30 *Raptor non tenetur pęna ſtatuti contra rapientem mulierem honeſtam, niſi probetur honeſtas tempore raptus.*
31 *Et quid ſi ſponte confeſſus fuerit raptum.*
32 *Raptus pęna an habeat locum in muliere rapiente virum, remiſſiuè.*
33 *Et quid in uiro rapiente virum libidinis cauſa.*
32 *Rapiens Religoſum nouitium capite punitur.*
35 *Rapiens carentem patre nõ comprehenditur pęna ſtatuti contra rapientem filium.*
36 *Raptor an poſſit cum rapta matrimonium contrahere, & pęnas a iure ciuili impoſitas euiatre.*
37 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere de matrimonio incidenter.*
38 *Ius canonicum quando eſt contrarium iuri ciuili, an ſit ſeruandum in vtroque foro.*

ADDITIONES
Ad §. Raptus.

a RAptum committit.] Aduerte, quòd etiā requiritur, quòd per vim rapta ſit, ideò caue, quia debent deduci actus neceſſario concludentes violentiam; & de qua vi intelligatur, vide de omnibus per pract. Carrer. fol. 457. Giach.

Raptum committit.] Latè per Vigel. M. 108. lib. 1. c. 13. q. 3. de Raptu Conrad. in pract. titul. de raptorib. Carre. in pract. crimin. 129. & 200. & ſequēt. Iodoc. c. 95. Decia. in tracta. crimin. lib. 8. c. 6. & 7. & ſequ. vſque 16. Quid ſit raptus, & quando committatur, Farin. quæſt. 145. numer. 5. Et an puniatur conatus. Farin. vol. 5. ſuę praxis, §. conatus, d. q. 145. nu. 196. et de rapiēte monialem, d. q. 145. §. monialis. num. 215. Farin. d. q. 145. nu. 70. Roſ.

Raptum committit.]
1 Adde, † quòd Carrer. in §. homicidium, nu. 189. dicit, quòd mulier ſenex inepta ad venerem, præſumitur in dubio rapta ex alia cauſa, quam libidinis: & mulier iuuenis præſumitur rapta ex cauſa libidinis, vt per Dec. conſil. 234. & Carrer. in loco allegato, & Plot. in repet. l. ſi quando, §. 2 numer. 20. Et iſta eſt magis cōmunis opinio ſecundū Viui. commun. opinio.
2 in uerb. raptor. vbi multum diffuſè; & † cum quibus perſonis raptus committatur, vide Carret. vbi ſup. n. 275. cum ſequēt. ubi dicit, quod committitur, ſiue fuerit uirgo, ſiue uidua, ſiue monialis, ſiue nupta honeſtè viuēs; & ibi etiam ponit, quomo-
3 dò in Regno Neapolitan. puniātur raptores. Et omnes leges, ſiue ſtatuta, uel decreta totius orbis punientia rapientes mulieres, vel eis uim inferentes, etiamſi copula nō ſequatur, procedunt contra eos, qui libidinis cauſa rapiunt, uel uim mulieribus inferunt: ſecus ſi ex alia cauſa, quia tunc non puniuntur ipſa pęna rapientis mulierē, uel ei uim inferentis, ut per Carrer. Dec. & Plot. in locis ſupra citatis, & quomodo raptus com
4 mittatur, † & probetur, latè per Maſcard. de probat. concluſ. 1253. uol. 3. Baiard.

b Ad locum conducit.] Quid ſi ſponſus ſponſam, uel è conuerſo ſponſa ſponſum, uel mulier rapiat hominem, licèt hoc de rarò contingat, quòd ſit raptus, uolunt Gloſſ. in l. 1. C. de rapt. uirg. uide infra uerſ. ſed pone. Item uide plenè Pract. Carrer. fol. 455. num. 227. cum ſeq. Item quid de maſculo rapiente maſculum libidinis cauſa, quod habeat locum pœna legis unicæ, infra in text. allegata decidit Pract. Carrer. eod. loco, fol. 457. numero 280. & multa de raptu, uide illic uſque ad num. 302. Giach.

c Sed quæro quæ ſit pœna raptus.] De Raptus pœna Farin. uol. 5. ſuę prax. q. 145. §. raptus, num. 70. Raptus, etiamſi mulier conſentiat fit. Farin. dict. q. 135. §. us, numer. 105. & 118. 129. Roſ.

5 Sed quæro, quæ ſit pœna raptus.] Adde, † quòd ſponſus, qui per uim ſponſam de præſenti cognouerit, & rapuerit, non eſt puniendus pœna raptus, ſed mitiori arbitrio iudicis, niſi raperit, & cognouerit fraude, & dolo ſponſam tractantem ingreſſum religionis, ſecundum Couar. in 4. decretal. par. 2. c. 7. §. 4. n. 12. & ibi dicit, quòd forſan idem deberet ſeruari in ſponſo de futuro, in quo rigor dictæ legis non debet ſtrictè ſeruari propter præcedentem ſtatum, & promiſſionē matrimonij contrahen-
6 dis ſed de † iure canonico raptus nuptæ ſponſæ, cum fuit factus tractatus matrimonij, eſt impunibilis ſi mulier uolens, rapiatur ſecundum Gramm. conſ. 48. nu. 5. & Gabr. conſ. 172. nu. 19. & cōſ. 173. n. 5. & tamen dicit nuptijs iniuriam inferre. 36. q. 2. c. ſi quis uirginem. cum ibi notat. unde etiam Gabr. in d. conſil. 173. nu. 3. ubi ponit,
7 † an confeſſiones mulieris proſint ad fauorem raptoris.
8 Item † adde, an pęna raptoris de iure canonico habeat locum in ſocijs, & auxiliatoribus diſtingue, ut per Bald. in l. priuilegia, C. de ſacroſanct. eccleſ. Carrer. in pract. crim. §. circa, nu. 299. & Iacob. Nouel. in tract. ad defen. nu. 127.
9 & † de pœna raptus, & ex quibus cauſis excuſetur raptor, uide Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 12. & 13. tom. 3. & in c. 14.
10 nu. 2. habetur, † quòd mulier falsò accuſās de raptu pœna raptoris punitur.
11 Item † adde, quod huiuſmodi pœna l. unicæ fuit mitigata in raptoribus in Ciuitate Neapolitana; per cap. 262. incip. ut ſine mortal. pecc. quia ſi eſt paterfamilias, punitur publicatione bonorum, & ſi filiusfamilias, commodo ſucceſſionis priua-
12 tur: & † ibi etiam punitur mulier conſentiens raptori, & cum raptore uoluntariè fugiens, quia perdit dote, & paterna, maternaque ſucceſſione priuatur, & nullus pro ea intercedere poteſt, aliàs punitur.
13 Item, † adde, quod licet ui rapiens uxorem, de raptu non teneatur, tenetur tamen de ui, ut ſentit Rip. in l. miles, §. qui iudicati. ff. de re iudic. & quomodo hoc procedat, uide Gabr. conſ. 172. num. 10. Baiar.

d Adde, quod.] Boſſ. tit. de raptu. nu. 6. quia dicit hoc habere locum in muliere ſtante ſtatuto, ut nemo corporaliter puniatur, & ibi num. 7. plura de dicto ſtatuto, num. 8. Roſ.

14 Adde quod pœna d. l. vnic.] Adde, † quòd multi tenuerunt, raptum non poſſe committi ſine uiolentia, quia rapina non fit ſine uiolentia, Angel. in l. ſed eximendi, ff. ne quis eum, qui. Sed ad hanc contrarietatem, uide Maſcardum de probationibus, concluſion. 1253. numero 25. cum ſequent. ubi eam
15 conciliat; & quod † mulier non fuerit uiolentata, & ſpontè acceſſerit, ipſi mulieri cum iuramento creditur, Marſil. conſil. 61. num. 23. cum ſeq. Ad prædicta uide etiam Decian. in Tra-
16 ctatu 16. crim. lib. 8. cap. 7. num. 19. cum ſeq. ubi † cōcluditur raptorem puniri non poſſe pœna raptus, ſi uerè apparebit de
17 ſpontanea uoluntate mulieris, & † quæ dicatur libera uoluntas, & quomodo probari poſſit, uide etiam Ruin. in conſilio 122. per totum, uolumine 4. ubi defendit quendam raptorem,

§. RAPTVS.

RAptum committit, qui mulierem libidinis cauſa de loco b ad locum cōducit, vt in caſu, in quo conſuluit Barbat. conſil. 71. libr. 2. & Paul. de Caſtr. conſil. 262. libr. 2. & Alexand. conſil. 1. libr. 3. & Cæpolla conſil. 57. & ſequ. & Riminal. conſil. 17. quod videtur pro maiori parte duplicatum conſil. 439. & Grat. conſilio 38. libro 2. & conſil. 48. eod. vol. & conſil. 71. eod. vol. & Socin. iun. conſil. 50. libr. 3. & Crauet. conſil. 18. & Roland. conſ. 24. in ſecundo dubio libr. 1. Et dixi de loco ad locum, quia aliter non poteſt dici raptus ſecundum omnes. Et hæc conductio de loco ad locum, debet eſſe ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris coitus. Et ideò ſi quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & ſuper lectum proiecerit, non eſt tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia conſuluit Bertrand. conſil. 39. libr. 6. Idemque dicendum eſt in eo, qui puellam inuentam cum beſtijs in campis, cæpit, & per aliquot paſſus abduxit, vt eam carnaliter cognoſceret, vt pariter in facti contingentia conſuluit Cuman. conſil. 96. Benè verum eſt, quod etiamſi non mouendo de loco ad locum aliquis per vim cognoſcat mulierem, licet non poſſit dici raptus, eſt tamen actus violentus, & punibilis ad mortem. Et ita communiter practicatur teſte Publ. ſuper conſuet. Aluer. fol. 27. num. 22. Vide, quæ dixi ſupra hoc eod. libr. §. Fornicatio, verſic. omnes autem.

Sed c quæro quæ ſit pœna raptus? Reſp. ſuper hoc edita fuit conſtitutio per Iuſtinianum, pœnam mortis, & alias graues pœnas raptoribus imponens, quæ eſt lex vnica. C. de raptu virginum. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, num. 36.

Adde, d quòd pœna d. l. vnicæ, locum habet etiamſi

rem, qui fuerat inuitatus à mulere litteris ſuis, vt eā raperet.
18 Item † adde, quod mulier in nullius poteſtate exiſtens, ſi permittat ſe rapi, raptor non poterit hac lege puniri, ſecūdum
19 Marſil. in d. l. vnic. num 6. & † voluntas probata dicitur, vbi
20 recepit, & non contradixit. Sed † aduertendum eſt, quòd ſi dicta mulier blanditijs ſeducta fuiſſet, & promiſſionibus, quod tunc locus eſſet pęnæ raptus; ſecus autem ſi ipſa voluntariè cōſenſiſſet, Maſcard. de prob. concluſ. 1253. n. 26. & 30. Baiar.

e Conſenſerit ſe rapi. Aduerte, quòd Boſſ. tit. de coitu damna. & puni. poſt num. 15. poſtquam iſtam comprobauit opinionem aliquibus, eam tamen falſam docet, ſubiungens vim tantū atrocem criminaliter puniri, & ſi aliter diceremus (vt illius verbis vtar) poſſet capite puniri vniuerſus mundus. Item ſcias quòd raptus pęnalis non dicitur, vbi præceſſit tractatus matrimonij, vide Colleg. Piſan. inter conſ. crimin. diuerſ. Zilletti cōſil. 104. & per Boſſ. tit. de rapt. mulier. ſub nu. 17. Sed an, & quando inter raptorem, & raptam poſſit conſiſtere matrimonium, vide per Carrer. in pract. pag. 492. & omninò in S.C. Tri. ſeſſ. 24. decernitur. Giach.

Conſenſerit ſe rapi.] Adde Bart. in l. 3. ſi quis volentem, ff. de lib. hom. exhiben. quem refert in hoc propoſito Boer. Addit. ad Dynū, in regula ſcienti, num. 3. littera A. de regul. iur. in 6. & hoc non obſtante, quòd pueri, vel puellæ dicant, ꝙ voluntariè morentur cū raptoribus; ſed in contingentia facti recurre ſemper ad Catald. de Boncompagnis inter conſilia criminalia diuerſorum, conſilio 56. volumin. 1. per totum. Drog.

f Etiam ex poſt facto conſenſerit.] Adde etiam per Marianum Anguiſſ. quem vide in terminis ſuo conſenſu. 33. Giach.

g Quinimò.] Raptor eſt is, qui blandimentis abducit. Farinac d. §. vis, num. 110. & omninò 140. Roſ.

21 Quinimò.] Adde, † an ille, qui per auri munera inducit mulierem ad ſibi conſentiendum, dicatur violentiam feciſſe puellæ, & teneatur pœna ſtatuti contra cognoſcentes mulierem inuitam, Maſcard. de probat. concl. 1049 numero 28. cum ſequent. & Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi. §. 2. numero decimo quarto, cum ſequent. vbi tenet, quod ſic, limitando hoc non procedere, vbi conſuetudo eſſet corrumpendi mulieres per pecuniam, & contra corrumpentes non procedendi vigore ſtatuti, ſiue decreti, quem ſequitur Maſcardus ubi ſupra, numero 34. Baiard.

h Vt ſupra dixi.] Vide etiam Dyn. in regula ſcienti, nu. 5. de regul. iur. in 6. An ſi mulier à raptore non fuit cognita Farin. dict. q. 145. num. 196. & ſeq. & 209. & ſequentibus. Theſaur. deciſ. 217. Maſcard. concluſ. 54. num. 27. & ſeqq. Marſil. conſil. 61. Carrer. in praxi, num. 201. & 202. Menoch. de arb. iud. caſu 291. & 360. num. 30. plura tradunt de raptore. Roſ.

i Viuius in lib. communium opin..] Eſt opi. 257. lib. 1. Roſ.

k Quem refert Affli. ſup. 1. par. conſti. Reg.]
22 Adde † Gramm. ita tenentem in deciſione ſecunda, numero 29. ſed aduerte, quod Afflict. in d. loco tenet contrarium vbi dicit, veritatem eſſe, quòd per ſolum raptum, etiam ſine corruptione virginitatis eſt pęna mortis. Et hanc diſtinctionē, quam ponit Clar. facit etiam Couar. in d. clem. ſi furioſus, quem ſequitur Menoch. de arbitrar. caſ. 390. idem etiam tenet Maſcard. de probat. cōcluſ. 1253. n. 35. cum. ſequent. & Gabr. conſil. 172. num. 3. & ibi. nu. 6.
23 dicit, † quòd ſtatutum puniens raptorem pęna raptus, etiam copula carnali non ſequuta, debet intelligi, ſi non ſequatur propter impedimētum; ſecus, ſi noluerit: & rapiens monialem eſt puniēdus pęna mortis, etiā ſi eam carnaliter non cognouerit, per l. raptores C. de epiſc. & cler. & ita tradit Decian. in tractat. crimin. lib. 8. c. 11. num. 34. tom. 2. ubi etiam ſequitur diſtinctionem D. Clari. Baiard.

l Ego vero dico.) Decia. tract. cri. lib. 16. c. 8. nu. 33. & 34. Menoch. de cau. 360. numero trigeſimoprimo. Roſ.

m Quæro nunquid pœna raptus.) Adde Conſtum. de Tours tit. Drout de Heult. Iuſtice. tit. 4. art. 1. uerſ. femme feroce: Rapiens autem inhoneſtam punitur tantum pęna arbitraria, ut hic; Ratio poteſt eſſe, quia ut ſæpè contingit in facto: Mulier cum cognoſcit aliquem deperire, uult iniuria amari. Ideò ratione publici officij cognoſci poteſt, cum ſe alijs proſternat. Ita Dec. in l. Inuitus, numero ſeptimo. ff. de regul. iur. Et hoc non obliuiſcaris iuuenis, qui deperis: De muliere autem uirum rapiente męcum uidetur: Sed uide Regum libro primo, capitulo uigeſimo, ubi Saul obiurgans Ionathæ filio ſuo ait: Fili mulieris ultro uirū rapientis, Aym. Crauett. tractatu de antiquit. tempor. part. 4. uerſiculo uideamus ſub numero 37. Gloſſ. in l. 1. C. de raptu uirginis, in princ. Drogh.

Quæro nuuquid.] Adde, quòd recepta magis, & uera opi-
24 nio eſt, quòd puniatur pęna † extraordinaria iudicis arbitrio, uide per Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. libro ſecundo, centur. 3. caſu 291. & per Alciat. reſponſ. 21. in princip. tom. 2. lib. 7.

ipſa mulier e conſenſerit ſe rapi: & hoc, ſiue ab initio, ſiue f etiam ex poſt facto conſenſerit. Et hanc opi. ſequuntur communiter Doctores, ut dicit Alber. in l. raptores, nu. 7. C. de epiſc. & cler. Et ita declarauit ſenatus in caſu raptus filiæ cuiuſdam Marmontæ cauponis, quę volens a domo patris abducta fuerat. 9. Iunij 1552. P. N.

Quinimò g (ſecundum aliquos) raptores etiam dicuntur illi, qui blandimentis, & verbis deceptorijs puellas, nulla vi adhibita, libidinis cauſa abducunt: quam ſententiam dicit eſſe communem Barbat. in viatorio iuris in tit. de raptorib. poſt med. ſubdens, quòd non eſt mirum, attenta immanitate criminis: quod intellige, modò fiat ad effectum illas abducendi, & in alio loco, contra voluntatem ſuorum, retinendi, h vt ſupra dixi.

Sed quid ſi ille, qui rapuit mulierem, eam carnaliter non cognouit, nunquid punietur pęna d. legis vnicæ? Reſpond. Aliqui dicunt, quòd ſic. Et dicit Boſſ. in titul. de raptu mulier. num. 14. quod Iaſ. in quodam conſilio dixit, quòd hæc erat commun. opin. Et ita ſeruatum fuiſſe in Francia refert Chaſſan. ſuper conſuet. Burg. fol. 16. in fin. Refert etiā Publ. ſuper conſuet. Aluer. fol. 27. num. 19. & fol. 159. & art. 1. num. 2. quod ita fuit practicatum Cunei, ipſo exiſtente iudice, dicens, quòd licet ille etiam eſſet accuſatus de alijs criminibus, hoc tamen mouit animos iudicium. Multi tamen tenent contrarium, quod ſcilicet, ſi eam carnaliter non cognouit, non debeat puniri pœna d. legis. Et hanc opin. dicit eſſe communem Boer. deciſion. 316. poſt num. 4. quem refert Didac. in rep. clem. ſi furioſus, f. 278. n. 8. de hom. & i Viu. in libr. communium opinion. in verbo, Raptor honeſtæ, & ſecundum illam dicit ſe vidiſſe in facti contingentia iudicari Ioan. de Anan. in cap. cum cauſa, in fin. de raptor. k quem refert Afflict. ſuper 1. parte conſtitutionum Regni, rubric. 19. numer. 7. l Ego verò dico, quòd aut eam non cognouit, quia non potuit id commodè facere: & placet prima opin. vt puniatur pœna d. l. vnicæ. Aut non cognouit, quia non voluit, & placet ſecunda opin. ita tamen, vt puniatur citra mortem, ea grauiori pœna, quæ iuxta qualitatem facti, & perſonarum iudicis arbitrio imponenda videbitur.

Quæro, numquid m pœna raptus habeat locum contra rapientem publicam meretricem. Reſpond. Marſ. in d. l. vnica, num. 26. dicit, quòd Doctores tenent, quòd non: hanc etiam opin. dicit tenere communiter ſcribentes Ant. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, num. 45. Et ſecundum hanc opinionem conſuluit Cephal. conſil. 140. libr. primo ad defenſionem cuiuſdam condemnati, de raptu mulieris non honeſtæ. Dicit tamen Cinus